

Sapient. 9.  
 Math. 11.  
 Eccl. 24.  
 Math. 23.  
 Joann. 1.  
 Eccl. 24.  
 Psal. 136.  
 August.  
 Ephes. 4.  
 Sapient. 8.  
 Heb. 2.

fecto trahit originem. Vnde in libro Sapientie dicitur. Sensum tuum domine quis sciet, nisi tu dederis sapientiam? Denique manifestatio ista per filium specialiter facta est, cum ipse sit verbum patris. propter, quod convenit sibi manifestatio patris dicens tuisque trinitatis. Nemo novit patrem nisi filius, & cui voluerit filius revelare. Recte igitur dicitur ex persona filii, [Ego sapientia effudi flumina.] Flumina ista intelligo fluxus eterne processions ad intra, olim occulta, & quodammodo insula in similitudine creaturarum; & in enigmatibus scripturarum, ita ut vix aliqui sapientes trinitatis mysterium crederent. Venit filius, & insula flumina ista effudit, nomen trinitatis explicando, dicens: Doceat oes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filii, & spiritus sancti. Et in hoc tangitur materia primi libri. Secundum ad dei sapientiam pertinens, est creaturarum productio, quae etiam attribuitur filio, inquam est imago dei, ad cuius formam omnia sunt formata. Vnde Ioannes: Omnia per ipsum facta sunt. Hinc recte dicitur in persona filii: [Ego quasi trames aquae immissae de fluvio.] In quo notatur ordo creationis, & modus. Ordo, quia sicut trames a fluvio derivat, sic talis processio creaturarum ab eterno processu personarum. Psalmista: Dixit & facta sunt, id est, pater verbum genuit, in quo erat ut fieret creatura, sicut Augustinus. Primum namque semper est causa sequentium, sicut philosophus. Hinc primus processio est causa, & ratio omnis sequentis processio. Modus quoque signatur quantum ad duo. Primo, ex parte creatantis, qui cum omnia impleat, nulli tamen se commiserat, quod notatur in hoc, quod dicitur, [immixta.] Secundo, ex parte creaturae, quae sicut trames procedit extra alveum fluminis, ita creatura procedit a deo extra unitatem essentiae, in qua sicut in alveo fluxus personarum continetur, atque in hoc notatur materia libri secundum ad dei Tertiū ad dei sapientiam pertinens, est operum restauratio: quae per id debet res reparari, per quod facta est. Hinc filius omnia reparavit, qui hominem redimendo, dicitur omnia reparasse, quae per hominem facta sunt. Recte ergo ex persona filii dicitur, [Ego quasi fluvis dorix, & sicut aqueductus exiit de paradiso.] Paradisus iste est gloria patris, de qua filius exiit in vallē nostrae miseriae, non illam amittendo, sed occultando. Et circa hunc exitū duo notantur, videlicet modus & fructus. Dorix enim est rapidissimus fluvis, unde designat modum, quo quasi impetu quodam amoris Christus complevit mysterium nostrae reparationis. Fructus vero significat in hoc, quod dicitur, [Sicut aqueductus, quem admodum dā. n. ex vno fonte produciunt plures aquae ductus diuisim ad secundandam terram, ita ex Christo fluxerunt diuersae gratiarum ad irrigandam ecclesiam. Ad Ephesios. Ipse dedit quosdā apostolos, quosdā prophetas. Et in hoc tangitur materia tertij libri. Quartū ad dei sapientiam pertinens, est perfectio, quae res cōseruat in suo fine, quo subtrahit, relinquit vanitas, quae non patitur sapientiam, puniens a fine in finem fortiter, & disponēs omnia sua liter. Vni quodque, nisi fuerit dispositum, quoniam in suo fine naturaliter desiderato locat. Quod etiam ad filium specialiter pertinet, qui cum sit virtus, & naturalis filius dei patris, nos in gloria paternae hereditatis reduxit. Vnde Apostolus ad Hebraeos ait, Decebat eum per quem, & per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, &c. Vnde dicitur, [Rigabo hortum plantationum.] Ad confectionem. etenim finis exigi preparatio, per quam omne, quod fini non congruit, tollatur. Sicque Christus, ut nos in finem aeternae gloriae

perduceret, sacramentorum medicamēta instituit, & paravit quibus peccati vultus a nobis abstergeri, quibus delectis, in felicitate producimur. Et in hoc tangitur materia quarti libri. Haec Thomas. **T**ertia prologi Bonaventurae est: [Profunda fluuio] scruatus est, & abscondita produxit in luce. In his verbis tangitur quadruplex causa libri Sententiarum, causa videlicet materialis, in nomine fluuio; causa formalis, in persequatione profundorum; causa finalis, in reuelatione absconditorum; causa efficiens, in supposito verborum istorum, [scruatus est, & produxit.] Itaque causa materialis innuitur nomine fluuio. Nam iuxta quadruplex proprietate fluuij materialis, quadruplex est fluuius spiritualis: de quo sem quadruplicem differentiam, sunt quatuor libri Sententiarum. Considerando namque fluuii materialis quo ad suam durationem, inuenitur in eo perennitas: quia secundum Isidorum, fluuius est fluxus perennis. Considerando autem fluuium quantum ad extensionem, inuenitur in eo spatio sitas. Et quantum ad motum eius, inuenitur in eo circulo. Vnde Ecclesiastes: Ad locum vnde exeunt flumina reuertunt. Et quo ad suum effectum, conuenit ei mundare. Iuxta haec quatuor, ponit quadruplex fluuius spiritualis. Nam primo perennitatis, emanatio personarum ad intra aeterna, dicitur fluuius. Apud Daniele: Antiquus dierum, id est, pater aeternus sedit, & fluuius igneus, rapidus; egrediebatur a facie eius: quae ex patre procedit plenitudo amoris. i. spiritus sanctus. ideo fluuius igneus dicitur, & plenitudo virtutis in filio, pro quod fluuius dicitur est rapidus. Secundo, ratione spatio sitas, emanatio rerum ad extra, & vniuersum creatio, fluuius nuncupatur. Tertio, ratione circulationis, in carnatio filij dei fluuius nominatur. Quem admodum, in circulo finis coniungit principio, ita in incarnatio natura hominis vltimo die condit, vnita est verbo aeterno, quod in carnati, fecit circulum, redeundo ad patrem vnde exiit, sicut ipse ait. Exiit a patre, & venit in mundum: iterum relinquo mundum & vado ad patrem. Et in Psalmo: A summo caelo egressio eius, & occurfus eius usque ad summum eius. Quarto, ratione emundationis, fluuius dicitur dispensatio factorum, quae mundant nos. Vnde in Apocalypsi, Ostendit mihi fluuium aquae vitae splendendum tanquam crystalum, procedentem de sede dei, & agni. Nam gratia sacralis clara instar crystalli, & mundantia, procedit a deo effectiue, atque de latere Christi dormientis in cruce, tanquam causa mediatricae ac meritoriae. De primo fluuio istorum, est primus liber Sententiarum; de secundo, secunduus, sicque deinceps. Haec sententia lictur Bonaventurae.

**Q**uibus consonant, quoniam in prologo suo scribit Richardus de Media villa, sic inchoans: Abscondita produxit deus in luce. Haece verba in Iob ad litteram de deo dicta, allegorice potest exponi de magistro Sinarum: [abscondita] id est, diuina [produxit in luce]. i. nobis manifestauit, per patrem materiae sublimitas, atque ingenij nostri debilitas. Sicque in verbis positus tanguntur quatuor causae huius libri: Materia, cum dicitur abscondita. Forma, cum addit, produxit. Efficiens, in supposito huius verbi, produxit. Finis, in effectu ipsius productionis, cum subdit, in luce. Porro diuina dicunt nobis abscondita: primo propter suam sublimitatem: secundo, propter nesciam carnalis corruptionis: tertio, propter puerilitatem vniuersitatis quorundam, in quo iudicij rationis offuscat ex puerilitate voluitas, quae diuina illuminatione impedit mentem, & ex natura li colligata sua ad intellectum, trahit & allicit eum sibi.

Causa

Bonauen. prologus.  
 Tob. 27.  
 Fluuius spiritualis quadruplex.  
 Isidorus.  
 Ecclesi. 1.  
 Dan. 7. 13.  
 Ioan. 16.  
 Psal. 18.  
 Apoc. 22.  
 Richardi prologus.  
 Iob. 27.  
 Diuina dicitur abscondita.